



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 144. Ludovicus Mediarotta Episcopus Florentinus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. vulneris acerbitate obiit, caruitque fune-
 A. C. 1440. ris, tumulique honore.

§. CXLIV.

*Ludovicus Mediarota Archiepiscopus
 Florentinus.*

*Paul. Jov.
 elog. l. 2.*

In Vitellesci locum suffectus est ab Eugenio Papa exercitus sui Dux, Ludovicus Mediarota Patavinus, Florentiæ Archiepiscopus, & Patriarcha Aquileiensis, vulgari magis nomine dictus Mediorata, ortus ex familia de *Arena*, cujus tamen nomen neglexit, atque illud a Matre sua assumpsit. Docuerat primum publice artem Medicam, dein Romam profectus Eugenii Papæ gratiam aucupari, perbene noverat, ac postquam Nicolaum Piceninum Ducis Mediolanensis belli Præfectum ad Anglariam prælio devicerat, in rei feliciter navatæ præmium hoc anno Cardinalium collegio adscriptus est, postquam decedente Cardinale Vitellesco Archiepiscopus Florentinus, & postea Patriarcha Aquileiensis creatus fuerat. Vir erat, in cujus venis generosus semper micabat sanguis, quique pro Pontifice contra Mediolanenses, & adversus Alphonsum Regem diversa bella propitia semper fortuna gessit. Ab Eugenio Camerarius quoque Ecclesiæ renuntiatus est, vulgo nominatus Cardinalis Patavinus. Postmodum

modum Calixtus III. eundem decrevit su-
 premum belli sacri Præfectum adversus Sæcul. XV.
 A. C. 1404.
 Infideles, quorum triremes haud procul
 a Rhodiorum Insula dissipavit, jam antea
 Lemno, aliisque Archipelagi Insulis in
 suam potestatem redactis. Tandem Ro-
 mæ anno Incarnationis Dominicæ qua-
 dringentesimo sexagesimo quinto supra
 millesimum extremam clausit diem, & an-
 nos natus sexaginta quatuor Mediolani
 sepultus est.

§. CXLV.

*Militaris Disciplina in Gallies refor-
 mata.*

Hoc anno in solemnibus Galliarum Procerum Monstralet.
 conventu, qui a Rege Aureliam co- vol. 2.
 actus fuit, conclusum est, ut ad pacem Joan.
 procurandam, sine qua omnis reforma- Chart. hist.
 tio non solum sine fructu foret, sed nequi- Carol. VII.
 dem fieri posset, cuncta demum media
 conquirerentur. Præterea Carolus Rex
 serio animum adjecit suum, ut excogita-
 tis opportunis viis populus onera, qui-
 bus militares copias alere tenebatur, fa-
 cilius sustinere posset. Lege itaque cau-
 tum est, ut durante bello gravis armatu-
 ræ Equites in expeditas militum manus
 rite ordinatas reducerentur, nullusque
 plures quam tres equos aleret: antea
 enim quivis octo imo, & decem equos ad
 por-